



30  
DISPUTATIONUM THEO-

LOGICARUM

DE

SACRIFICIIS

SATISFACTIONIS CHRIS-

TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-

DI PRÆSTITÆ, TYPIS CERTISSIMIS,

ET FIRMISSIMIS,

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-*  
*nem CHRISTI omnem pernegantes*

TERTIA,

Quod in actibus sacrificiorum preces ardentissimas

& Cœnæ sacra adhibuerint.

QUÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in templo Arcis

d. 1. Februar. Anno clō 15 c xv. in incluta VVitteber-

gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO S. S.

Theologiæ Doctore, & Profess. P.

RESPONDENTE

M. GEORGIO GUTKIO

Coloniensi Marchico.

---

VVitteberge, Typis Johannis Gormanni.



*Amplissimis Consultissimis, & Spectatissimis VIRIS,*

**Dn. COSS. SYNDICO, cæ-**  
terisq; inclutæ Reipubl. Coloniensis Cis Suevum  
tüm CAMERARIIS, tüm SENATORIBUS,  
Dn. ac Mœcenatibus suis honorandis,

**Salutem ab IMMANUELE & foelix  
novi anni auspiciũ.**



*Uanta sit hæreticorum immanitas, quantus-  
ve Diaboli furor; nunc quidem, Viri Amplis. Spectatis.  
Vobis sistere nolo. Vnicum autem addere non nequeo,  
articulos istos fidei hac tempestate ab Arianis sive Photi-  
nians in dubium vocari, qui fundamentum fidei concer-  
nunt. Arma eorum quibus fidem labefactare conantur,  
Orthodoxorum Theologorum scripta tüm continent tüm propulsant. Ex quo-  
rum Orthodoxorum Theologorum numero etiam Reverendus & Clarissimus  
Dn. Præses, Scripta Arianorum masculè adortus est, & quidem successu exo-  
ptatissimo. Hoc præside etiam horum hæreticorum absurda dogmata sub dispu-  
tationis incudem revocare placuit, & quidem sub nomine vestro, quo ob-  
servantiam debitam vobis declararem simulq; de studijs meis A. V. constas-  
ret. Hoc, quicquid est, ut æquo animo accipiatis, meq; solito favore  
prosequamini V. A. obnixè rogo. Valet. VVittebergæ 13. Januarij  
Anno 1615.*




V. A.

*Observantiss.*

**M. GEORGIUS GUTKIUS.**

I.



Ccedimus nunc ad illud problema, Quid precipue in quo ex verbo Domini differetur, quod inter sacrificia Ecclesie veteris, peccata sua confessi & deprecati fuerint, serio orarint, cantarint, gratias egerint DEO pro beneficiis corporalibus & spiritualibus, petiverint gratiam DEI, benedictionem temporalem & aeternam homines pij.

inter sacrificiorum actus fuerit faciedum.

II.

Neque opus est, ut longum abeamus, cum hujus ipsius negotij confirmatio plus quam dilucidissima contineatur in primo verborum Genesio sacrificio a sacris literis annotato, nimirum Caini & Abelis, fratrum. Operæ autem pretium est, ut ante omnia textum illum, prout in Hebræo fonte sese habet, intueamur.

Enucleatio nefis de sacrificio Cain & Abelis accuratior.

III.

Pagninus istum convertit modo illo qui sequitur: Respexit Iehova ad Abel & ad oblationem ejus. Ad Cain vero & ad oblationem ejus non respexit. Et iratus est Cain valde, conciditq; vultus ejus. Et dixit Iehova ad Cain, ut quid succensa est ira tibi, & ut quid concidit vultus tuus. Nonne si bene feceris, erit acceptatio? Quod si non bene feceris, in foribus peccatum cubat, & ad te appetiturus ejus, & tu dominaberis ei.

IV.

Thargum Onkelos seu Paraphrasis Chaldaica ista, in hunc recenset modum in opere Regio sic cognominato, textus jam indigitatos: Suscepit Dominus cum beneplacito Abel & munus ejus, Cain autem & munus ejus non suscepit cum beneplacito, Et iratus est Cain vehementer, & ceciderunt vultus ejus. Dixitq; Dominus ad Cain; Cur irasceris tu, & quare ceciderunt vultus tui; Nonne si bene egeris, opera tua, dimittetur tibi, & si non bene egeris, in diem iudicii peccatum tuum servatum est, in qua futurum est, ut ulciscatur de te, si non converteris, & si converteris, dimittetur tibi.

III.

Vulgata versio Græca super hoc caput Genesis ita sese habet: ηγη ἐπεσίδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἀβελ ἡγή ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ. ἐπὶ ἢ καὶ ἡγή ἐπὶ ταῖς θυγατρῶν



σίας αὐτῶν ἔπροσέχε. καὶ ἐλύπησε τὸν Καὶν λίαν, καὶ σιώπησεν τὸ  
 πρόσωπον. καὶ εἶπε Κύριε ὁ Θεὸς τῷ Καὶν. ἵνα τί σιώπησεν ἔγένετο  
 καὶ ἵνα τί σιώπησεν τὸ πρόσωπον σου; ἢ ἂν ὀρθῶς προσένεγκας, ὀρ-  
 θῶς ἢ μὴ διέλης, ἡμαρτεῖς: ἢ σὺ χάσον, πρὸς σὲ ἢ ἀπεσροφῆ αὐτῶν. καὶ  
 σὺ ἀρξῆς αὐτῶν. *Idest: Et aspexit Deus super Abel & super mune-*  
*ra ejus, sed super Cain & oblationes ejus non attendit. Et contri-*  
*stavit hoc Cainum valdè, & demisit faciem. Et dixit Dominus*  
*Deus Caino: Cur ira contristatus es factus, & cur decidit facies*  
*tua. An non si rectè adducis, at non rectè dividis, peccasti, qui-*  
*esce, Ad te est aversio ejus, & tu dominaberis ejus.*

VI.

*Sensus vulgatae hujus Graecae versionis judicatur esse iste, in postrema parte.*  
 Et si quidem rectè facis, quod adducis sacrificia, sed tamen pec-  
 cas, quando adducta tua sacrificia non rectè & legitime dividis  
 vel partiris. Quiesce igitur ab isto peccato, & corrige illud, quia  
 penes te est aversio hujus peccati, & tu potes dominari ipsi.

VII.

*Falsa causa  
 cur Caini sa-  
 crificium Deo  
 displicuerit.*

*Secundum hosce Graecos causa, cur sacrificium Cainis Deo dis-*  
*pliquerit, commemoratur illa, quod sacrificiale suum pecus non*  
*rectè dividerit. Quae causa in textu Hebraeo non extat, & praeterea à*  
*ritibus sacrificialibus est aliena, ubi non afferens vel adducens*  
*Cain, sed sacerdos tunc Adam sacrificialium carniū divisionem*  
*facere debuit, juxta leges sacrificialium, Levit. 1, 5. 15. inter se col-*  
*latis versiculis.*

VIII.

*Alia n̄ inus  
 certa causa  
 cur sacrifici-  
 um Caini Deo  
 displicuerit.*

Multo minus ex textuum sacrorum fontibus derivari potest,  
 causa alia, quae à quibusdam afferri consuevit. Apud quosdam  
 enim sub pictura sacrificij Abelis & Caini, ille hunc hoc verbum  
 compellat, *Sacrum pingue dabo, non macrum sacrificabo*: Cainus vero  
 respondens Abelo, hexametrum hunc retrorsum legendo sic in-  
 Pentametrum commutat, *Sacrificabo macrum, non dabo pingue sa-*  
*crum*. Sed ut dictum est, haec asseruntur extra sacrae Scripturae fun-  
 damentum.

IX.

Chaldaica autem Paraphrasis ad Hebraicorum fontium evi-  
 dentiam quam proximè accedit. Si enim Deus respexit ad Abel &

ad

ad oblationem ejus, ut habet textus Hebraeus, post mortem Abelis conscri- *Vera causa*  
ptus, auctore S. S. tum utiq; ante & post sacrificij actum & maxime cur Abelis sa-  
in iplo sacrificij actu aliquid fuit in iplo repertum Abele (quod *crificium Deo*  
tamen non ex ejus viribus naturalibus prodijt, sed quod in iplo *placuerit.*  
per Spiritum S. & per conciones Adami fuit accensum) quod Deo  
bene placuit. Itaq; rectissime sensum istum Paraphrasis Chaldaica  
expressit, hinc verbis, *suscepit Dominus cum beneplacito Abel & mu-*  
*nus ejus.*

X.

*Vice versa,* Si Deus non respexit ad Cain & ad oblationem e-  
jus, juxta textum Hebraeum ex interpretatione Pagnini, & quidem  
juxta textum Hebraeum post mortem Caini itidem auctore Spir. S. *Vera causa*  
consignatum, tum in Caino ante & post sacrificij actum & maxi- *cur sacrificium*  
me in iplo sacrificij actu aliquid fuit, quod per conciones Adami *Caini Deo*  
tanquam media S. S. mutari prava Diabolica voluntas Caini im- *displicuerit.*  
pedijt, & rectissime sensum talem expressit Paraphrasis Chaldaica  
hinc verbis, *Cain autem & munus ejus non suscepit cum beneplacito.*

XI.

In sequentibus commemoratur, quod Cain gratiam divinam  
fratri Abelo vehementer inviderit, *IRATUS EST CAIN VALDE,*  
*ET CONCIDIT VULTUS EIVS:* propter quod peccatum *DEVS*  
vel *IPSE* ipsum voce inter sacrificij actum, in conventu publico,  
majestatica, vel per summum sacerdotem Adamum his verbis  
compellat & compescit, *VT QUID SVCCENSA EST IRA TIBI, & VT*  
*QVID CONCIDIT VULTUS TVVS.* XII.

*In specie pergit,* Nonne si bene feceris, erit *ELEVATIO.* Id quod  
aliqui literaliter referre volunt ad vultum, quasi fuisset dictum, e-  
rit vultus tuus etiam serenus, apertus, laetus, nec concidet. Sed ju-  
xta mentem Pl. 32, 1. (*Beatus cui levatio peccati, h. e. remissio peccati,*  
est) clariori sensu optime redditur, Nonne si relicta pravitate &  
hypocrisi bene feceris, erit tibi remissio, vel juxta Pagninum, erit  
tibi acceptatio, hoc est, Eris acceptus Deo, & habebis remissionem  
peccatorum.

XIII.

Sine enim dubio Cain singularibus gravibus peccatis Deum  
offendit, quibus commotus Jehova ipsi suam denegavit gratiam,  
& fuerunt illa peccata contumaciae, non imbecillitatis, & in illis  
peccatis Cainus proterve & petulanter perseveravit.

A 3

14. In

## XIV.

*Specialis causa  
cur sacrificii  
um Caini Deo  
duplicaverit.*

In Epistola Iudæ, sancti Apostoli, hac de re inveniemus non ob-  
scura indicia. Is enim S. Judas versu 11. meminit *via Caini*, quam  
ingressos dicit esse *impios multos istius sui seculi*. Moxq; versu 14, & 15. al-  
legat concionem sanctissimi Patriarchæ Enoch, quam concionem  
sanctissimus Enochus, quod omnes haud inviti largientur, princi-  
paliter & primario direxit ad versus sui temporis Cainiticam impi-  
am posteritatem: licet à sancto Juda, Apostolo, appositissime ac-  
commodetur ad incredulos & impios, qui isto Judæ Apostoli tem-  
pore in Deum & in Jesum Christum tunc nuperrime exhibitum  
prævaricabantur.

## XV.

Expendantur verba Apostoli, Iudæ hac: Prophetavit etiam de istis  
Septimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce venit Dominus, cum san-  
ctis millibus suis, Facere iudicium contra omnes & arguere omnes  
impios, de omnibus operibus impietatis eorum, & de omnibus di-  
ctis, quæ locuti sunt ad versus eum peccatores impij.

## XVI.

Cæterum tempore Judæ Apostoli, impiorum ea fuere pecca-  
ta, quæ recensentur in eadem Epistola his verbis v. 4. *subintroie-  
runt QUIDAM homines impij, Domini nostri gratiam transferentes in lu-  
xuriam, ac solum Dominatorem & Dominum nostrum IESUM CHRI-  
STUM negantes.*

## XVII.

Versu præcedente tertio dicit idem Apostolus, se ea ipsa de  
causa suscepisse opus hoc, scribendi istam epistolam, *Cum omnem  
solicitudinem faciam scribendi vobis de Communi salute, NECESSE HA-  
BUI VOBIS SCRIBERE, AD VOS hortandos, ut decertetis pro FI-  
DE, QUÆ SEMEL TRADITA EST SANCTIS.*

## XVIII.

Hæc igitur fides ad quam suos homines hortatur Iudas san-  
ctus Apostolus, non est alia, quam fides in Messiam, in Dominum  
nostrum Jesum Christum, quam fidem tunc, tempore Judæ Apo-  
stoli sancti, alij receperant, sed eandem mox rejiciebant, quibus  
comminatur iram Dei, adductis exemplis veteribus. *Commonere  
vos volo, (inquit) ut qui semel hoc sciatis, Dominum, cum populum ex Æ-  
gypto*



gypto liberasset, rursus eos qui non credebant, perdidisse, &c. Eodem fine adducit exemplum Angelorum, qui in sanctitate non perseverarunt, ut etiam Sodomæ & Gomorrhæ, propter defectionem à pietatis studio horribiliter puniæ.

XIX.

Hinc aliud istorum impiorum vitium exaggerat, quod *græci* isti, de quibus cæperat dicere, illi videlicet ipsi iidem impij suo seculo viventes, dominationem despiciant & blasphement & convitijs incessant; hæc in parte dissimiles Michaeli Archangelo, qui in contentione cum Diabolo super corpore Mosis non maledixit, sed Deum vindicem imploravit.

XX.

Eadem sententia quod ad peccata hæc taxata legitur in Epistola posteriore Petri Apostoli, sicut alioquin Epistola posterior Petri & Epistola Apostoli Judæ non tantum quoad principalia membra, sed etiam quoad verba convenit. Verba utriusq; Epistolæ & res simul pius lector diligenter inter sese conferet.

XXI.

Ergo Cain juxta prophetiam Enochi Patriarchæ, & Cainicæ, qui viam Caini ambulaverunt olim, *referente in sua Epistola, Apostolo Iuda*, non tantum opera alia impia egerunt, sed etiam in specie, dura locuti fuerunt contra Deum. Quilibet autem examinans hæc ambo & præterea cogitans objugationem divinam erga Cainum in ipso exercitio sacrificiorum factam, ratiocinetur accuratius, annon Cain ita dura contra Deum fuerit locutus, quod contra hoc ritus sacrificiorum protervè egerit, peccatum suum non satis agnovit, non deploravit, non magnificerit usum penitentia, non confirmationem remissionis peccatorum, quæ in actu sacrificiorum per ruminacionem Protevangelij indigitabatur, & ceremonias usitatas applicabatur, non gratiam divinam in futuro Messia promissam.

XX.

Hæc utiq; fuere peccata Caini, propter quæ Deus ipsius personam & ipsius quoq; oblationem penitus fuit aspernatus. Eodem enim modo sequentibus quoq; seculis sacrificia sine vera penitentia & fiducia erga se & Messiam valde fuit abominatus.

23. Au-

Nulla unquā  
sacrificia Deo  
placuerunt,  
quæ sine fide  
sine vera pœ-  
nitentia fuere  
oblata.

XXIII.  
Audiatur *Esaias* c. 1, 11. & seqq. Ut quid mihi (offeritis) mul-  
titudinem victimarum vestrarum, dicit *Iehova*, satur sum, holo-  
causta arietum & adipem bubalorum (boum) & sanguinem vi-  
tolorum & agnorum & hircorum nolui, cum veniretis ut conspi-  
ceremini coram me, quis quæsiuit hoc de manu vestra, ut con-  
culcaretis atria mea? (ne addatis offerre *SACRIFICIUM MEN-  
DAX*, ut vertit *Pagninus*, vel ut versio *vulgata*) Ne offeratis ultra  
sacrificium *FRVSTRA*, incensum *ABOMINATIO* est mihi, neo-  
meniam & festiuitates vestras odio habuit anima mea, facta sunt  
mihi molesta, fatigatus sum sustinendo.

XXIV.  
Pæthetica hæc est concio Spiritus sancti, in qua ante omnia  
excutiendum est illud, quod videtur innuere, diuinitus sacrificia  
non fuisse mandata. De qua tamen diuina origine iam modo su-  
periori disputatio se fuit actum, & sacrificiorum diuinam ordina-  
tionem satis superq; protestantur capita in *Exodo* 27. & 29. & 30.  
& reliqua, item capita *Leuitici* priora decem, ut & sequentia, item  
*Numerorum* plurima capita, cum primis 28. & 29. & *Deuterono-*  
*mij* caput 12.

XXV.  
Satis autem indicat in *Esaiâ* prophetâ mox consequentibus  
verbis suis Spiritus sanctus, cur hac forma sermonis usus fuerit,  
*versu nimirum* 15. & 16. Cum extenderitis manus vestras, avertam  
oculos meos a vobis & cum multiplicabitis orationem, non exau-  
diam; *MANVS* enim vestræ *PLENÆ* sunt *SANGVINE*. La-  
uamini, mundi estote, auferre malum cogitationum vestrarum  
ab oculis meis, *DESINITE* male facere.

XXVI.  
Quod igitur Spiritus sanctus per *Esaiam* dicit: Quis quæsiuit  
hoc de manu *VESTRA*, utiq; nihil aliud aicit, quam hoc, quod Deus  
non velit adduci & offerri sacrificia ab illis, qui habent manus ple-  
nas sanguine, quorum manus & anima est immunda, quorum ma-  
la opera sunt in conspectu oculorum Domini, qui pergunt male fa-  
cere, qui alios opprimunt, non iudicant pupillo & viduæ, quorum  
peccata multa colore sunt tanquam coccinum, rubra, tanquam

ver-

vermiculus, qua similitudine à rubicundis sumra, oculari quasi demonstratione crudelitatem sanguineam manuum ipsarum antea objectam, ipsis depingit, qui subinde nolunt audire, sed renuunt, sed irritant Dominum ad pœnas procurandas, *quæ explicatio constat ex consequentibus & antecedentibus verbis Esaiæ.*

XXVII.

Utq; impij ipsi hanc mentem Spiritus sancti palpando palpant, non in hunc modum format verba, *Quis requisivit sacrificia, sed quis requisivit hæc de manu VESTRA.* (tàm crudeli, tàm plena videlicet sanguine, &c.) *Ejusdem generis sunt reliqua, siquidem non dicit, Ut quid mihi offertis multitudinem victimarum, sed ita loquitur, ut sequitur, Ut quid mihi offertis multitudinem victimarum VESTRARVM* (ex manibus vestris impuris nimirum) *Similiter insequentibus, Calendas VESTRAS, & solennitates VESTRAS odio habuit anima mea. Item cum extenderis manus VESTRAS* (nimirum plenas sanguine) *occultabo oculos meos à VOBIS.*

XXVIII.

*His igitur enucleatis expeditis, quilibet intelligit, in sacrificiorum actu à Deo imprimis fuisse præceptam, requisitam, spectatam & acceptatam veram pœnitentiam, veramq; fiduciam in DEVM & in Messiam ejus, contritum caput serpentis, & per consequens, sacrificaturos non tantum de ipsis pecoribus sacrificialibus procurandis & adducendis sollicitos esse debuisse, sed cum primis & ante omnia debuisse cogitare de exortu horum rituum, de significatione horum rituum, de genuino usu, de verâ applicatione remissionis peccatorum, in nomine seminis benedicti. Quæ utiq; sine magna humiliatione coram majestate Dei, sine dolore ob commissâ peccata, sine deprecatione peccatorum, sine fide verâ fieri nullo modo potuerunt.*

XXIX.

*Et hæc vera fuit anima seu εὐδελύχεια sacrificiorum, sine qua sacrificia nihil à cadavere aut assatura domestica differre potuissent. Et præstitisset omninò domi mactare, excoriare, disseccare, & comburere pecora, nisi in publico voluisset Deus per istos ritus tàm magna pœnitentiæ & fidei in sese & in Christum suum extare populi ejus exercitia & documenta. Immo meritò ab ipsis Israeli-*

B

tis

Quidam sentis fuisse nihili habita sacrificia, si quemadmodum aliquibus sentire  
tiunt auctores, & loqui quandoq; placuit, tantummodo externa debuissent esse  
sacrificia suis-exercitia, quibus mediantibus Israelitæ in officio contineren-  
se tantummo-tur, ne in idolatricos Ethnicorum cultus & ritus proni  
do talia exter-ruerent.

na exercitia,

XXX.

quibus avoca- Quasi verò non sufficere ad hunc finem potuissent & debu-  
rentur Israeli-issent divina mandata, præsertim illud primum de non habendis Dige-  
ta ab idoloma- alienis & de nomine Domini in vanum non accipiendo, & de Sabbatho ritè  
nia vicinarum colendo, quæ mandata divina etiam ante lapsum prodita fuisse, dis-  
gentium. sputatione primâ fuit ostensum.

XXXI.

Apparet VLTERRIVS ex his magna hypocrisis carnis huma-  
næ corruptæ per lapsum, quæ putat se satisfacisse Deo, si modò ex-  
ternis externorum rituum pompis luxuriare potuerit. Sic enim  
fallendo oculos Ecclesiæ sperat se etiam Deo ipsi glaucoma obdu-  
xisse, cum Deus externa sine internis veræ pietatis radicibus & api-  
cibus abominetur & execretur.

XXXII.

Sicut enim hodie magno numero Psalmorum aliqui Deo se-  
se servire existimant in Cœnobijs quotidie, ita quoq; tunc tem-  
poris Deo sese placere & satisfacisse arbitrabantur, si plurima ex-  
terna sacrificia cumulassent ex consuetudine, ex mera simul hy-  
pocrisi, quæ hominibus non parebat. Sacerdotes etiam hisce opi-  
nionibus plebejorum plus nimio indulgisse ex corruptioribus sub-  
inde Ecclesiarum Israeliticarum statibus non malè collegeris, quia  
multitudo victimarum-culinis ipsorum non parùm proderat.

Cur sacerdo-  
res urserint  
consuetudinē  
sacrificiorum,  
etiamsi pœni-  
tentiam, offe-  
rentes seriam  
habere non  
viderent.

XXXIII.

Deus autem Spiritus gestiens coli in spiritu & veritate sem-  
per fastidivit hanc carnalem hypocrisin, sicut etiam graviter hac de re  
Psalm. 50. loquitur Spiritus sanctus: Non in sacrificijs tuis arguam te,  
holocausta tua in conspectu meo sunt semper, Non accipiam de  
domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniam mea sunt  
omnes fera sylvarum, jumenta in montibus mille, Cognovi om-  
nia volatilia montium, & fera agri mecum est, si esuriero, non  
dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus, nunquid

man-

manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo,  
*Immola Deo sacrificium laudis & redde Altissimo vota tua.*

XXXIV.

Quidam ex doctioribus Judæis hodiernis, cum urgentur de *Hodiernorum*  
indicando fine sacrificiorum ab Abel & Caino peractorum, *re-* doctiorum *Tu-*  
*sspondent,* ex simplicitate erratum fuisse ab istis, quod putarint, *De-* daorum *fatue-*  
um indigere cibo. Quæ miseræ sententiæ stoliditas tum ex hoc *tas de sacrificio*  
Psalmi oraculo, tum ex ipsa Genesi refutatur, quia ad erratum *A-* Caini & *Ab-*  
Abelis nequaquam respexisset Deus, quin immò multò minus per *lis.*  
Mosen conscribi præcepta sacrificandi mandasset. Adeo hodierni  
Judæi amiserunt veram sententiam de origine & fine sacrificio-  
rum, & nemo miretur, ipsis mysterium crucis iccirco tantum esse  
scandalum.

XXXV.

Sed quod sacrificia Deus externa requisiverit, non propter  
illa ipsa sic externa, neq; ab hominibus ista ipsa externo culinariò  
vel lanario modo mactantib. neq; ad finem merè externum, car-  
nalem & culinarium, *illud gravi alia concione docet Spiritus sanctus apud*  
*eundem Esaiam 6. 66, 3.* Qui immolat bovem, quasi qui interficiat  
virum, qui immolat pecus, quasi qui jugulet canem, qui offert ob-  
lationem, quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur  
thuris, quasi qui benedicat idolo, Hæc omnia elegerunt in vijs su-  
is & in abominationibus suis anima eorum delectata est.

XXXVI.

*Huic illud suffragatur Osea 9, 4. quasi explicatio,* Non libabunt  
Domino vinem, & non placebunt ei, sacrificia eorum quasi panis  
lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia  
panis eorum pro anima eorum, non intrabit in domum Jehovæ.  
*Item illud Amos 5, 21.* Odi & reprobavi festivitates vestras, nec capi-  
am odorem festorum vestrorum, (i. e. *sacrificiorum in festis vestris*)  
Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non  
acceptabo, & pacifica pinguum vestrorum non respiciam. Tolle  
à me multitudinem canticorum tuorum, & cantum lyrarum tua-  
rum non exaudiam. *Item Prov 21, 27.* Sacrificium impiorum abo-  
minatio: quod offertur cum scelere. *Item Psal 51, 15.* Si voluisses  
sacrificium, dedissem utiq; holocaustis non delectaris, Sacrifici-  
um Deo Spiritus contribulatus, Cor contritum & humiliatum.  
Deus non despiciet.

Non spernit  
Deus sacrificia  
cum fide &  
gratitudine ob-  
lata, sed quæ  
sine pœnitentia  
offeruntur.

Huc illud Prov. 15, 8. Sacrificium impiorum est abominatio. Jehovæ, oratio autem rectorum beneplacitum ejus. ( Ecce lector, oratio piæ vel cum sacrificio vel sine sacrificio perplacet Deo, at sacrificium citra orationem seriam Deo est abominatio. ) Huc illud Psalm. 69, 31. 32. Laudabo nomen Dei cum cantico & magnificabo eum in laude, & placebit Deo super bovem & vitulum cornua producentem & ungulas; Huc illud Mich. 6, 6. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelso meo, nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos, nunquid placari potest Dominus in millibus arietum aut in decem millibus torrentium olei, nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, utiq; facere judicium & diligere misericordiam, & humiliare se ad ambulandum cum Deo tuo.

XXXVIII.

Hanc ipsam sententiam habet Oseas 6, 6. Misericordiam volo & non sacrificium, & cognitionem Dei præ holocaustis. Et hanc in novis Scripturis repetit Marci 12, 32. scriba quidam his verbis: Bene, magister in veritate dixisti, quod unus sit Deus, & non alius præter eum: Et diligere eum ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima & ex totis viribus, & diligere proximum sicut seipsum, ( PLVS ) MAIVS sit quàm omnia holocaustomata & sacrificia. Hanc responsonem scribæ cum audivisset Christus, collaudavit scribam, quod recte & sapienter & cordate respondisset, & addidit hæc verba ad Scribam; NON LONGE ES à regno DEI.

XXXIX.

Omittimus alia similia, quia ex his, paucis quantumvis, adductis, satis tamen constare poterit, quæ fuerit sententia & confessio omnium piorum in vetere illo Testamento de sacrificijs. Catholicæ Agnoverunt nimirum ea pro externis ritibus divinitus institutis, sed Ecclesiæ Veteris tamen prorsus inutiles, immò noxios eosdem judicarunt, nisi offeris testamenti ferretur ex vera fide in Deum & in Messiam ejus, in vera pœnitentia, in dolore super commissa peccata, in proposito novæ obedientiæ, in deprecatione culpæ & pœnarum meritaram, cum oratione profecta ex corde ipso, ex corde puro, ex affectu ardente, & studitur.



& corde quod est plenum dilectione erga Deum & erga proximum, pro viribus.

XL.

Statuerunt igitur in sacrificijs nequaquam præcipuum opus spectari debere illud, quod in mactatione, excoriatione, divisione & combustione carniū occupatum est, sed illam pietatem, quæ causas institutorum istorum rituum, & genuinum usum eorundem rituum, & salutarem applicationem per veram & non fucam fidem contemplatur & anxie conquirat, & rectè assequitur. Certissime etiam ex his jam allegatis oraculis divinis certissimi cuncti & singuli fieri potuerunt ex consideratione proprii cordis, illuminationem Spiritus sancti & verborum divinatorum non rejicientis, aut propriæ latentis hypocrisis & malitiosæ respuitiois, num essent in gratia apud Deum, num verò non consequerentur in his exercitijs remissionem peccatorum.

XLI.

Et si verò plurima extant exempla in sacris Scripturis Veteris Testamenti, illorum, qui sua obtulerunt sacrificia, nec semper additur, an & quantum & cur placuerint vel displicuerint Deo, tamen de iisdem non erit judicare nobis difficile ex regulis hæcenus extractis, quoniam in genere Deus eadem omnia & singula ipse habuerit istis temporibus.

XLII.

1. Reg. 8, 63, in dedicatione templi recens extracti ad finem decurrente sacrificavit Salomon sacrificium pacificorum, boum duo & viginti millia, & ovium centum viginti millia, quantum numerum pecorum nunc temporis repertu in unâ œconomia rarum esse omnes fatebuntur. Sub initium dedicationis rex Salomon (1. Reg. 8, 5. 16.) & universa congregatio Israelis immolat oves & boves, ita ut numerari neq; supputari possent præ multitudine. Et paulò post hoc initium dedicationis nubes replevit demum Jehovah, ut propter nubem sacerdotes ad ministrandum subsistere non possent. Ex hac nube tanquam ex signo externo certissimi fuerunt redditi, quod illæ immolationes sub initium dedicationis Deo placuerint. At de posterioribus sacrificijs judicare:

B. 3;

care:

cate debuerunt ipsimet immolantes ex suâ internâ fide, item ex  
verâ fidei requisitis hætenus expositis.

XLIII.

Ergo ex historia primorum sacrificiorum Caini & Abelis,  
Sole æstivo solstitiali meridiano dilucidius apparet, voluntatem  
hanc & ordinationem Dei fuisse statim in ipso Paradiso post la-  
psum revelatam & promulgatam, ut externa sacrificia nequaquam  
peragerentur nisi ex vera & non fucata fide, ex corde seriò dolente  
ob commissa peccata & seriò expavescente iram divinam, seriò  
rogante remissionem peccatorum & seriò promittente Deo &  
proponente sibi vitæ emendationem. Non enim alia nisi hæc red-  
di potest ex textu Genes. 4. causa, cur Deus ad sacrificium Caini  
non respexerit, sed ad sacrificium Abelis respexerit. Hac igitur fi-  
de sacrificia sua obtulere Deo sancti & pij ab initio inde post la-  
psum usq; ad Christum collocatum ad dextram Patris.

XLIV.

*De sacrificio  
Noæ oblato  
post diluuium.*

Aliud exemplum nobis pulcherrimum præbet Spiritus san-  
ctus Gen 8, 20. 21. 22. Ibi enim post diluuij calamitates horrendas  
omnes ad finem deductas, ut habet textus: *Noah edificavit altare  
ipsi Iehova, tulitq; ex omni animali mundo, & ex omni volatili mundo, obtu-  
litq; holocausta in altari illo.* Fuit autem absq; omni dubio in illis sa-  
crificijs Noah admodum anxie deprecatus Deum (post præmissas  
gratias pro præstitâ conservatione arcæ suæ & omnium, quæ fue-  
rant in arca,) ne posthac iterum tam horribilem mundo induce-  
ret *πανολεθειαν.*

XLV.

Etsi quidem hæc deprecatio Noæ his verbis in Genesi descri-  
pta non extat, tamen eam & non aliam fuisse petitionem seriam, sæ-  
peq; inter singulorum iteratorum sacrificiorum actus, repetitam  
ipsam quoq;, & quidem inprimis Noam, non tam attentum fuisse in  
mactandis & comburendis pecoribus & volatilibus, quam in pre-  
cibus ad Deum serijs inter sacrificandum miscendis ex responsione  
Dei quæ sequente versu illicò subjicitur, itidem plusquam planif-  
simè evadit. Hæc enim illicò subjicit Spiritus sanctus: *Odoratus  
est Iehova odorem quietis, dixitq; Iehova in corde suo, Non addam, ut male-  
dicam ultra terræ propter hominem, &c. neq; addam ultra ut percutiam omne  
vivens,*



vivens, quemadmodum feci, &c. Id enim quod Deus sacrificanti Nohe pollicetur, absq; dubio omni inter sacrificia Noah à Deo perijt: quod omnes haud ægrè largientur. Si auctoritati antiquitatis Israëliticæ aliquid dandum esset, apud Josephum historicum hæc eadem prolixè reperiet lector benevolus.

XLVI.

Eodem sensu accipienda veniunt, quæ dicuntur de Abrahamo Gen. 12. 7. 8. Nilus est Jehova ipsi Abram, dixitq; Semini tuo dabo terram illam, & edificavit ibi altare Jehovæ, qui apparuerat ei. Transtulit autem se inde ad montem ab Oriente ipsi Bethel, retenditq; tabernaculum suum, Bethel erat ab occidente, & Ai ab oriente, & edificavit ibi altare ipsi Jehovæ, **INVOCAVITQUE** Nomen Jehovæ. Eodem accipienda veniunt illa quæ clarius sese habent Genes. 35. 3. Surgamus & ascendamus in Bethel & faciam ibi altare Deo, qui exaudivit me in die angustiarum mearum & fuit mecum in via, qua ambulavi. Videlicet gratæ mentis monumentum vult facere, altare nimirum, hoc est, super altari Deo offerre victimas, utiq; non sine ardentissima gratiarum actione. Quid enim fuisset carniarum sacrificiorum divisio & crematio sine invocatione Dei, sine gratitudine mentis & verborum ex verâ fide proficiscente.

XLVII.

Sed quid opus est multis? Quando tandem jussu divino Moses cunctas species & ritus sacrificiorum scripto complecti cepit, hæc ipsa, de quibus huc usq; fuit dictum, satis perspicuè simul adjecit. Et valde illustris est locus ille, qui habetur per totum caput 16. Levi. Versu enim 21. inquit Deus ad summum sacerdotem Aaron, ut imponat ambas manus suas super caput hirci vivi, & confiteatur super illud **OMNES INIQUITATES** filiorum Israel & omnes prævaricationes eorum, cum omnibus peccatis eorum & ponat illa super caput hirci vivi ac emittat illum super manum viri præparati in deserto. *Audatur:* Et portabit hircus ille, super se omnes iniquitates eorum in terram inhabitabilem, & abire sinet hircum illum in deserto (ubi absq; dubio à feris & belluis fuit dilaniatus.)

XLIX.

In eodem capite concludens ritum de utroq; hirco hæc adjecit: Eritque vobis in statutum perpetuum, mense septimo, decima mensis.

ELI-

FLIGETIS animas vestras. In hac enim die EXPIABIT vos ut emundet vos, ab omnibus peccatis vestris coram Jehova mundabimini, Sabbathum quietis est vobis, & AFFLIGETIS animas vestras, statuto perpetuo.

XLIX

Hoc ritu impositionis etiam utebantur in omnibus particularibus & specialibus alijs sacrificijs, nimirum ut ex hoc loco apparet. Impositio manuum in specialibus & particularibus sacrificijs quidam significavit illud expressa in Levit. 16. capite est mandum, ut suis sacrificialibus pecoribus imponerent & ita super eorumdem capita confiterentur & projicerent omnia peccata sua, Levit. 1, 3. Si holocaustum fuerit oblatio ejus, de bobus, masculinum immaculatum offeret eum, ad ostium tabernaculi Ecclesiae offeret eum, sponte sua, in conspectu Jehovae, Et admovebit manum suam suam per caput holocausti, & acceptabilis erit illi ad expiandum ipsum. Similiter faciebat offerens in pacificis sacrificijs Levit. 3. 2. 8. 13. neque enim prius mactabatur sacrificiale pecus nisi praemissa impositione manuum offerentis, per quam confitebatur & ponebat peccata sua super caput pecoris.

L.

Similia legentur Levitic. 4. 4. 15. 24. 29. 33. Inprimis clarus locus extat Levitic. 5. Erit autem cum (anima, id est, homo) peccaverit & deliquerit in uno ex istis, & CONFESSUS fuerit id, super quo peccavit, adducet delictum suum (hoc est, sacrificium) in oblationem pro delicto suo quod peccaverat, & EXPIABIT eum sacerdos a peccato suo.

LI.

Iussu divino peccatorum recordabantur inter sacrificia. In sacrificiorum igitur actu ex jussu divino debuerunt recordari peccatorum suorum, & poenarum divinarum, quas peccatis suis meriti fuerunt, debuerunt affligere animas suas, jejunare, dolere, poenitere, confiteri & deprecari peccata, debuerunt spectare cum aliqua pietate singulari, se talia meritos esse, qualia sui loco subeat pecus sacrificiale, super quod vel super cujus caput ex divina ordinatione peccata sua conjecerunt & imposuerunt, debuerunt simul agnoscere magnam bonitatem & clemenciam Dei, qui interim gratiam talem praestat homini, & facit ex beneplacito suo ipsum pecus idoneum suo more & acceptabile ad expiandum hominem: Hanc enim gratiam singulari consideratione

&



& meditatione inter sacrificia fuisse recolendam, quilibet agnoscat ex oraculis sacris huc usq;

LII.

In ista consideratione non potuerunt non ascendere ad primam sacrificiorum originem, & causam, ad protevangeliū, ad predictionem passionis Christi, & simul ad merita ejusdem passionis. Cujus rei specimen pulcherrimum exhibet nobis auctor Epistolæ ad Hebræos in sua sacrificiorum declaratione. Etsi verò ut dictum est, moderni Judæi illo modo de sacrificijs non judicant & pronunciant, tamen nemini dubium amplius relinqueretur, quod hoc & non alio modo vetustissimi Patres sacrificia sua tractant & explicaverint, ex ijs huc usq; allegatis paucis.

LIII.

Expendatur alius locus 1. Sam. 13. ubi Saul quidem rex con-  
ordinacionem divinam sacrificat seu offert holocaustum, quia *De Sacrificiis*  
hoc solis Sacerdotibus licitum erat, interim tamen ostendit Saul *Saulis quo-*  
in verbis suis, quid inter sacrificia soliti facere fuerint. *Sam.*  
*Verba Scri-*  
*pturæ sunt hæc:* Cum finem fecisset (Saul rex) offerendi holocau-  
stum, ecce Samuel venit, & egressus est Saul in occursum ejus, ut  
salutarot eum. Dixitq; Samuel, Quid fecisti; Respondit Saul;  
Quia vidi quod dispergebatur populus à me, etiam quod tu non  
venires ad tempus dierum, Philistini autem congregaverant sese  
in Michmas, dixitq; **NUNC** descendent Philistini ad me in Gilgal,  
**FACIEM IEHOVÆ NON ORAVI.** Roboravi itaq; me &  
**OBTULI HOLOCAVSTVM.** Ex his verbis quilibet intelligit,  
inter sacrificandum seriò fuisse invocatum nomen Domini.

LIV.

Extat hujus ipsius rei exemplum in novo Testamento, Luc.  
1. 10. Factum est enim, quum sacerdotio fungeretur in ordine luz  
vicis ante Deum (Zacharias, Pater Johannis Baptistæ) secundum  
morem functionis Sacerdotalis sortitus est suffimenti faciendi *Tota Ecclesia*  
postquam ingressus esset in Templum Domini, **ET OMNIS** *erat sub sus-*  
**MVLTITVDO POPVLI ERAT FORIS ORANS** tempore *sum facta ex-*  
**SUFFITVS.** Ecce lector oprime, sacrificante suffimenta in tan- *tra sanctorum*  
to, intra templum, interim foris post altare præstolatur populus,  
& **ORAT** populus inter suffimenta.

O

77. An

*Musica cum-  
primis sacri-  
ficijs adhibe-  
ri solita  
fuit.*

Audiatur aliud mandatum divinum de Musica adhibita in-  
ter sacrificiorum actus. Sic enim habetur Num. 10, 1. 10. Fac tibi duas  
tubas argenteas, opere ductili facies illas, quibus uteris ad con-  
vocandum cœtum, & ad movenda castra. Præterea in die lætitiæ  
vestræ & in solennitatibus vestris, & in capitibus mensium ve-  
strorum. CLANGETIS TUBIS ILLIS, SUPER HOLO-  
CAUSTIS VESTRIS, & super SACRIFICIIS PACIFICO-  
RUM VESTRORUM, &c. Ecce tubis clangerunt super holocaustis, super  
pacificisq; suis sacrificijs.

Audiatur præterea, quomodo Propheta Rex & Patriarcha  
David 1. Paral. 25. Separaverit in ministerum Jehovæ in domo Je-  
hovæ ex Levitis certas classes eorum, qui prophetarent in Citharis &  
Psalterijs & Cymbalis, quarum classium 24. ibi recensentur. Pro-  
phetarunt igitur isti, hoc est Verbum Dei tractarunt canendo, sicut 1.  
Sam. 10, 5. usurpatur eadem phrasis, Cœtus Prophetarum descendunt  
de excelso, & ante eos tympanum & tibia & Cythara & prophetant. Patet  
autem ex versu 7. quod fuerint edocti de canticis Jehovæ &  
periti, ut prophetarent nimirum, quemadmodum habet versus  
expressus 25. ad celebrandum & laudandum (utiq; in Psalmis)  
Jehovam, hoc est, in scholis per artifices singulariter informati  
fuere, ut possent artificiose tractare Psalteria, Cymbala & Citha-  
ras, & in illis Psalmos sacros repræsentare. Si Cytharas habue-  
runt, usiq; Musicam figuralem adhibuerunt, in specie de eadem  
edocti à peritissimis ἱεροψαλτῆσιν artificibus.

Hanc ordinationem Levitarum canentium, sicut & aliorum  
Levitarum officia & ordinationes David non ex proprio nudo  
humano cerebro excogitavit, sed ex ipso D. E. O. inspirante acce-  
pit, & in Ecclesiam Hierosolymitanam introduxit. Hoc enim  
facile colligetur ex 1. Paral. 28, 11. & seqq. Dedit David Salomoni fi-  
lio suo similitudinem porticus & domuncularum ejus, & cellario-  
rum ejus, & cœnaculorum ejus, & cubiculorum ejus interiorum  
& domus propitiatorij, & similitudinem omnium quæ fuerant in  
Spiritu cum eo pro atrijs domus Jehovæ, & pro omnibus cubicu-  
lis per circuitum in thesauros DEI & in thesauros sanctitarum,  
ET.

ET PRO TURMIS SACERDOTVM & LEVITARVM, id est, pro CVNCTO opere ministerij domus Jehovæ, nempe pro VNIVERSIS VASIS ipsius ministerij domus Icheva. At HÆC OMNIA unde habuerit vel acceperit David, jam indicat vers. 19, 20. his verbis: *Omnia in Scriptura de MANU Jehovæ super ME, intelligere fecit me, omnia opera figuræ.* Hinc è vestigio confirmans filiam, *Dixit iterum David Salomoni: Confortare, Jehova tecum erit, donec expletum fuerit omne opus ministerij domus Jehovæ.* 2. Paral. 23, 28. posuit Jehoida præpositos domus Jehovæ in manu Sacerdotum & Levitarum, quos distribuerat David in domo Jehovæ, ut offerrent holocausta Jehovæ, in læticia & cantico per manus Davidis. *Omnis igitur ordinatio parietum, canaculorum, ministeriorum, & ita quoq; canticorum in templo Salomonis originem accepit ex ipsa manu Jehovæ, ex inspiratione divina, ex Spiritu sancto.*

LIX.

Cape lector exemplum egregium, quomodo juxta hoc mandatum Spiritus sancti in Ecclesia Israëlita cantores intersacrificandum prophetarint canticis ad laudandum Jehovam, ex 2. Par. 35. ex magno Paschate, quod post solennissimam reformationem celebravit pius rex Josias, *Summam ex toto capite lubet paulo fufius depingere, in hunc sequentem modum.* verbis ipsis Scripturæ, *Præparato ministerio steterunt Sacerdotes in statione sua, & Levitæ in classibus suis, juxta præceptum Regis, Immolaveruntq; Pascha, alperferunt autem Sacerdotes ( sanguinem ) de manu eorum, Levitæ verò excoriabant ea, Removerunt autem de holocausto ut offerrent Jehovæ, sic & de bobus, Et assaverunt igne Pelsa de more solito, sanctificata autem elixaverunt in ollis & porrexerunt cum celeritate universis filiis populi; Post hæc verò paraverunt sibi & Sacerdotibus, nam Sacerdotes in offerendis holocaustis & adipibus fuerunt ( occupati ) usq; ad noctem. Levitæ igitur paraverunt sibi & Sacerdotibus, CANTORES præterea filij Alaph ERANT IN STATIONE SUA, IUXTA præceptum Davidis, & Alaph & Heman, & Jeduthun, Videntis REGIS, Janitores autem in singulis portis, Paratum est itaq; omne ministerium Jehovæ in die illa ut celebrarent Pelsah, & offerrent holocausta super altare Jehovæ juxta præceptum Regis Josiæ.* *Hactenus verba Scripturæ.*

*Musica Choralis & figuralis in templo Salomonis.*

*Exemplum canentium Sacerdotum & Levitarum inter sacrificia.*

Ⓢ 2

19. Seb



## LIX.

*Musica quā originem habuerit in templo Salomonis.*

*Sed cū primū audi illud 2. Par. 29. 25. Verba Scriptura habent se in hunc sequentem modum. Statuit Levitas in domo Jehovæ cum Cymbalis, Plalterijs & Citharis, juxta præceptum Davidis & Gad vidensis Regis & Nathan Prophetæ, quia per manum Jehovæ illud fuit præceptum, per manum Prophetarum. Steterunt itaq; Levitæ illi cum instrumentis Musicis Davidis & Sacerdotes cum tubis, jussitq; Ezechias, ut offerrent holocaustum ipsum super altare. QVO TEMPORE autem cepit, HOLOCAVSTVM, COEPIT CANTICVM IEHOVÆ, & cum tubis, & per manus instrumentorum Davidis, VNIVERSVS autem COETVS ORABANT, Dominus autem Cantici canebat, ac dominus tubarum clangebat, totumq; illud perseverabat, donec perficeretur holocaustum. Cumq; perfecissent offerre, incurvaverunt sese Rex atq; omnes, qui inventi sunt cum eo, & adoraverunt. Tumq; præcepit Rex & principes Levitis ut laudarent Jehovam verbis Davidis, & Asaph vidensis. Laudaverunt itaq; usq; ad laticiam, incurvaveruntq; se & adoraverunt. Hæc omnia sunt verba sacra Scripturæ. Vide etiam sequentia. Item 2. Paral. 31. 2. Item Syr. 50. totum caput.*

## LX.

*Quin & vide quid nominat in inter sacra cecineit ut. Esdra 4. 3. 10. ubi constituerunt Sacerdotes cum tubis & Levitas filios Asaph cum Cymbalis ut laudarent Jehovam. per manus Davidis regis Israël, & additur, Concinebant autem, dum laudarent & confiterentur Iehovæ, QVONIAM BONVS, quoniam in seculum misericordia ejus super Israel. Vide etiam 2. Par. 5. 13. Huc referes etiam totum caput 16. libri primi Paralipomenon, quod tu ipse perlege accuratè.*

## LXI.

*Pietus in Ecclesia.*

*Ecce optime lector, sub sacrificijs cecinerunt & adhibuerunt vocalem atq; instrumentalem Musicam, & simul attentionem ac pietatem summam, Et ecce Psalmos Davidis atq; Psalmos Asaph decantarunt. Sicut autem interdum Psalmos cecinerunt sub sacrificijs ad hilaritatem accommodatiores, ita interdum Psalmos lugubres fuerunt modulati, id quod Scriptura vocat FLERE, Judicium 21. 2. & seqq. Venit populus in domum DEI, manseruntq; ibi usq;*

usq; ad vesperam coram DEO, levaveruntq; vocem suam ac fleverunt fletu  
magno. Similes factos fletus leges Esdræ 3. Item Judic. 20, 26.  
Omnes filij Israel venerunt in domum Dei; fleveruntq; ac manserunt illic co-  
ram Jehovah, jejunaveruntq; die illa usq; ad vesperam & obtulerunt holocau-  
sta ac pacifica coram Jehovah.

### LXII.

Atq; si privati offerentes decimas & primitias (inter quas  
erant quædam sacrificanda ut primogenita) debebant singulari  
forma precum orare DEUM (quæ describitur toto capite 26.  
Deuteronomij,) quanto magis ipsi reliqui privati & toti cætus in  
majoribus sacrificijs formas precum & confessionum suarum si-  
miles majores, pleniores & ardentiores habuisse certò statuemus.

### LXIII.

Ceterum quod DEVS sub actu sacrificiorum preces exau-  
dierit, exempla pulcherrima nos edocebunt, 1. Sam. 7, 9. Tulit Samuel a-  
gnum lactis unum, & obtulit illum in holocaustum coram Jeho-  
va, CLAMAVITq; Samuel ad Jehovah pro Israël, & EXAUDI-  
VIT eum Jehova. Fuitq; Samuele offerente holocaustum, Philisti-  
ni accesserunt, protinus ad prælium contra Israël, INTONVIT  
autem Jehova voce grandi die illa super Philistinos, & CONTRI-  
VIT eos, cæsiq; sunt coram Israël. Item 1. Par, 21, 26, 27. Edifica-  
vit David altare Jehovah, obtulitq; holocausta & pacifica, atque  
invocavit Jehovah, qui EXAUDIVIT eum IN IGNE è celo  
super altare holocausti, Dixitq; Jehova Angelo ut converteret  
gladium suum in vaginam. Tempore ille quum videret David,  
quod exaudisset eum Jehovah in area Ornan, immolavit ibi, id  
est, posthac quoq; ibi immolare cepit, animadvertens hunc locum placere &  
placiturum DEO.

Quod Deus  
sub actu sa-  
crificiorum  
exaudierit  
preces.

### LXIV.

Utq; obiter hoc annotetur, 2. Sam. 24, 18. in magnâ peste  
Gad Propheta jubet Davidem altare erigere in area Ornan, ubi  
tandem templum Salomonis fuit extructum, 2. Sam. 7, 2. dicit  
David ad Nathan se in corde habere ædificare DEO pro taber-  
naculo murum templi. Atq; Nathan Propheta responderet ei, &  
suadet ut hoc faciat, Quicquid est in corde tuo fac, quia Jehovah tecum est.  
Vidit sine dubio Nathan, Davidem ex Spiritu DEI hæc locu-

Templum  
Salomonis  
divino in-  
stinctu ex-  
tructum.

C 3;

tum,

sum, quāquam certis causis postea divinitus prohibetur perficere  
ipse hanc suam piam & divinam cogitationem.

LXV.

Verūm ut totus populus de exauditione precum cum sacri-  
ficijs facta certior redderetur, in fine sacrificiorū benedictionem  
solennem recitare solebant, 1. Par. 23, 13. *Separatus est Aaron ut san-  
ctificaret ipse sanctitatem sanctitatum, ipse & filij eius in seculum, ut suffi-  
rent coram Iehova, & ministrarent illi, & benedicerent in nomine eius usq;  
in seculum, 1. Par. 16, 2. Cum finem fecisset David offerendi holocaustum  
& pacifica, tum benedixit populo in nomine Iehove. Eadem reperies 2.  
Sam. 6, 17. Item Luc. 1, 22. Egressus (ex sancto po. & suffitum com-  
pletum, Zacharias interim mutus factus,) non poterat loqui ipse,  
(populis expectantibus benedictionem) & agnoverunt quod visis-  
nem vidisset.*

LXVI.

Satis utiq; ad omnem sufficientiam huc usq; deductum est  
ex clarissimis sacrarum Scripturarum monumentis, quod actus  
sacrificiorum nequaquam tractantur tanquam actus laniorum,  
aut coquorum mactantium & comburentium carnes pecorum,  
unde omnino nulla talis utilitas, nulla spiritalis consolatio ad  
sacrificantes, aut spectantes redundare potuisset. Et de talibus  
merè culinarijs (si ita tractati fuissent) actibus sacrificiorum in-  
telligi debet illud Jerem. 7, 22. *Non sum locutus cum Patribus vestris,  
nec precepi eis die quo eduxi eos e terra Egypti, de holocaustis & victimis,  
sed verbum hoc precepi eis, dicendo, obtemperate mihi, ego ero vobis in DE-  
VM. Et 14, 11, 12. Ne ores pro populo hoc ad bonum, cum obtulerint holo-  
caustum oblationem non acceptabo, vide etiam 44, 23.*

LXVII.

Planè igitur & omnino omnes homines cum magnā pieta-  
te & penitentia sacrificiorum ritus curare decuit, sub istis sua a-  
gnosceret & deplorare peccata, metuere iram & pœnam DEI, ex-  
optare & rogare gratiam & misericordiam ejus, in Psalmis, in  
Canticis, gaudere in gratia DEI, gratias agere pro misericordia  
& pro infinitis beneficijs ipsius, idq; propter Messiam contritum  
caput Serpentis, quam ultimam particulam in alia disputatione latius per-  
sequemur.



LXIX.

Ut autem Christianis adhuc clarius constare possit, quanta  
eora solennitatis veteres isti Messiani sacrificiorum actus tracta-  
rint, & quam longè lateq; rituum istorum spargi potuerint inter  
gentes, documenta atq; significata, ex sequentibus pauculis idæ-  
stimare dicat lector benevolus.

LXIX.

Josephus Historicus recenset antiquioris cujusdam Historici re-  
lationem de Judæa & Hierosolyma, Hecatei videlicet, idque his  
verbis, l. 1. contra Apionem: Idem vir & magnitudinem provincie  
quam incolimus, pulchritudinemq; narravit. Pene decies trecenta millia  
(inquit) jugera terrarum optimarum uberrimæ provincie possidere noscun-  
tur. Judæa namq; hujus est amplitudinis. Et quia etiam civitatem ipsam  
Hierosolymorum spatiosam & maximam olim inhabitamus, & virorum mul-  
titudine copiosam, nec non & templi constructionem, idem ipse sic refert:  
Sunt autem Judæorum & alie quidem multa munitiones per provinciam atq;  
vici: Vna vero civitas munitissima, habens præcipue circuitum quinquaginta  
stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta  
millia nomine Hierosolyma. Hæc Josephus.

Hierosolyma  
quam popu-  
losa. Et res  
erant Phari-  
seorum au-  
ditores, qui  
longè supe-  
rarunt nu-  
meru audi-  
toru Christi,  
5000. præter  
uxores &  
iberos.

LXX.

Eusebius lib. 3. histor. Eccles. c. 5. ex Josepho Historico lib. 6.  
cap. 11. belli Judaici hæretense; quod circa tempus obsidionis  
ex omni Judæa, Palæstina diebus, circiter triginta myriades homi-  
num Hierosolymam fuerint collectæ, nimirum juxta legem Ex-  
od. 34. 23. ubi tribus vicibus omne masculinum coram Jehova  
debebat apparere. Myriade una comprehendi decem milia ho-  
minum, docemur ab Herodoro lib. 7. seu in Polymnia, summa igi-  
tur eorum de quibus Eusebius agit, complectetur trecenta milia  
hominum, qui non tantum ex Judæa, sed ex omni loco sub Sole  
ad magna festa Hierosolymam commeare contueverant, ut col-  
ligere licet ex Actorum c. 2, 5, his verbis; Erant Ierosolymis viri reli-  
giosi Iudæi, ex omni natione sub Sole.

In magnis  
festis erant  
Hierosolymis  
myriades  
aliquot ho-  
minum, &  
tunc plerūq;  
Christus ali-  
bi docebat.

LXXI.

Idem Josephus lib. 2. contra Apionem ait esse tribus Sa-  
cerdotum quatuor & harum tribuum singulas habere hominum  
plus

ccere  
um  
cri-  
nem  
san-  
suffi-  
usq;  
stum  
es 2.  
om.  
ipsi  
visti  
n est  
Et us  
om.  
um,  
ad  
ibus  
in  
stris  
mi.  
DE-  
bolo-  
era-  
aa-  
ex-  
in-  
dia  
um  
per-  
Ut



Josephus de  
sacrificijs.

plus quam quinq; millia, qui sibi invicem succedentes (nimirum juxta ordinationes 24. classium 1. Par. 24, Luc. 1, 9.) ad sacrificia veniebant. Et addit ibidem paulò post: In sacrificijs autem pro communi salute primum oportet orare, deinde singulos pro semetipsis, quoniam omnes socij sumus. Et qui hoc consortium sue vite preponit, maxime DEO gratus est. Supplicatio verò sit ad DEVM votis ac precibus, non ut bona præstet, hæc enim ipse spontè contulit universis, & in medio deposuit, sed ut hæc suscipere valeamus, suscipientesq; servemus. Hæc ille.

#### LXXII.

1. Sam. 21. & 22. Quando tabernaculum fuit in Nohe, ibidem octoginta quinq; viri sancti sunt sacerdotio, hoc est, ut habet versio, tulerunt ephod lineum. Etenim Sacerdotales vestes non nisi tempore administrationis solebant usurpare, ut clarissime apparet ex Ezech. 44. 17. 18. 19. & cum primis Levit. 6. 8. 9. 10. 11. Torigitur circiter Sacerdotes cum tubis cecinerunt, sicut Esdræ 3, 16. etiam licet videre.

#### LXXIII.

Sed quorsum, inquit, hæc evadet historica commemoratio. Hoc illa sibi vult, quod sacrificiales ritus in populo DEI non fuerunt celebrati in angulo, in culina quasi quadam & quidem intra paucos, sed quod floruerint & vigerint semper in loco publico celebratissimoq; per totum orbem terrarum inter maxima hominum agmina, ubi preces & cantiones clarissimæ & in atrijs templi sub dio seu Sole in cælum clamorosissimæ fuerunt audita. Levites numero plurimis per suas cytharas, sua Psalteria, sua Cymbala appositissime & artificiosissime sese intermiscensibus, & jucundissime clangentibus.

#### LXXIV.

Sic enim quod supra relatam fuit ex 1. Par. 29. (tempore Esdræ) QVO TEMPORE COEPIT holocaustum, COEPIT CANTICVM Jehovæ, & cum tubis & per manus instrumentorum Davidis, & VNIVERSVS COETVS orabant, dominus cantici canebat, & dominus tubarum clangebat, totumq; illud perseverabat, donec perficeretur holocaustum. Laudaverunt autem ibidem usq; ad laticiam.

LXXV.

Hierosolyma per se ut jam probatum est, fuit populosissima, populissima tota Iudæa, sed & Ecclesia Hierosolymitana & Iudæica in templo & ordinario loco habebat atrium gentium ubi inter Psalmos decantatos invirabant omnes gentes, Psalm. 96. omnem terram ad cantandum Domino Deo & Messæ ejus, ad afferenda ipsi munera in atria ejus, quod in Psalmis passim habetur. Et hoc de verbo ad verbum fecit Rex & Prophetæ Salomon, 1. Par. 16. Postquam enim arcam introduxerat in locum commodum, exemplo Patriis cecinit, *Cantate Domino universa terra. Narrate in gentibus gloriam ejus. Asserte Iehovæ familiæ populorum, asserte munera, venite in conspectum ejus: incurvate vos Iehovæ in decore sanctitatis.*

*Judei hor-  
tantur gen-  
tes in atrio  
gentium consti-  
tutas quoti-  
die ad veri-  
dei veram  
agnitionem*

LXXVI.

Immo hac ipsa ratione sacrificiorum ritus inter Ethnicos toto orbe terrarum sunt disseminati, cujus rei vestigia in omnibus prope modum profanis & scriptoribus puero quoque curvis sunt obvia. Falsissimum enim est quod ex Ethnicis sacrificijs colligunt aliqui, sacrificia esse religionem quandam juris naturalis, cum omnia Ethnicorum sacrificia nihil aliud quam depravata fuerint æmulationes sacrificiorum divinorum.

LXXVII.

Probissimè insuper expendi debet quod 1. Par. 25, 7 aliqui dicuntur fuisse *Edocti & periti*, in *Canticis Iehovæ*, aliqui *magni*, aliqui *parvi*, aliqui *docti*, aliqui *discipuli*. Item 2. Par. 29, 28. nominatur *Dominus Cantici & Dominus tubarum*. Ex quibus verbis quilibet statim citra omnem difficultatem colliget, necessariò asserendum esse, quod tunc in isto populo DEI Musica vocalis & instrumentalis in summo flore fuerit.

*De Origine  
Musica.*

LXXVIII.

Græci & Romani Musicae inventum varijs aucto'ibus tribuunt, alij Zecho & Amphioni fratribus, alij ex avium imitatione in solitudine canentium profectam existimant, alij Pythagoræ ascribunt, præterenti officinam fabrilem, & audienti malleorum inæquales tonitus, illorumq; inæqualia investiganti pondera & inde inæqualem chordarum extensionem & longitudinem

D

*ratio*

imi-  
d sa-  
urem  
ipsi.  
ma-  
ibus,  
depo-  
.  
ibi.  
aber  
nisi  
paret  
igi-  
2, 16.  
rio.  
na.  
m.  
oco  
axi-  
in  
nt  
ria,  
ati-  
e E-  
PIT  
no-  
nus  
lud  
au-  
No



rationant. Vide Zvingerum in theatro vol. 5. lib. 5. & Thomam  
Freigium in Physicis.

LXXIX.

*Jubal.*  
*Vulcan.*  
At nobis ex verbo Dei constat longè antiquior Musica, & in  
specie instrumentalis origo, siquidem statim Genesis c. 4. 21. jubi-  
landi artifex nominatur Jubal, tanquam Pater canentium Cithara  
& Organo, ut loquitur Moses, sicut ibidem Tubalcain (quem  
corruptè Ethnici nominarunt Vulcan, qui est Vulcanus ipso-  
rum) magister omnium eorum scientium opus æris & ferri. Et  
Gen. 31. 27. Laban ad Jacobum inquit, ut quid non indicasti mihi &  
dimissem te cum leticia & canticis, cum tympano & Cythara.

LXXX.

*Hodierni Ju-  
dei cum ve-  
rustissimis  
nequaquam  
comparari  
nec veteres  
ex hodiernis  
sordidus esti-  
mari debent.*  
Anni à creato mundo ad Amphionem effluerunt 2640, ad  
Pythagoram 3460, cum Jubal jubarit in organis & cytharis sta-  
tim post tempora Canente diluvium. Adeo necesse est, profa-  
narum quoq; historiarum certitudinem derivari ex vestigijs sa-  
crarum Scripturarum. Puerile autem est, avium æmulationi  
ascribere originem Musicae humanae. Fuit enim illa in summo  
flure in populo DEI, quod jam probatum, neq; debet antiquus  
ille DEI populus Israëliticus æstimari ex hodierna Judæorum  
colluvie, quæ artes a Patribus florentissimè exultas penitus am-  
sit & inter eas quoq; Musicam, quæque nunc fletum potius cogit  
tur edere, quàm ut in læticia possit laudare Dominum.

LXXXI.

Veteres Israëlita obtulerunt holocausta in læticia & cantu  
co. 2. Par. 23. 18. fecerunt solennitatem cum læticia magna, 2. Par.  
39. 21. Quando vidit regina Saba sapientiam & domum Salomo-  
nis, cibos & statum ministrorum, & HOLOCAUSTUM ejus  
quod offerebat in domo Jehovæ, ibi (præ ingenti læticia) nota-  
erat in ea ULTRA SPIRITVS.

LXXXII.

Psalms quoq; seu Cantica sacra non demum Davidis tem-  
pore cap. 116. vel ex 90. Psalmi inscriptione patebit, quia dicitur  
Oratio ipsius Mose viri DEI: sed & si Abraham invocavit Jehovam,  
juxta altare tuum, sicut superius ex Scripturis est ostensum, unq;  
sicut

sicut Psalmis inter sacrificia posteriores laudantur Dominum;  
ita antecessores quoque pierrimos Patriarchas fecisse, nemo di-  
bitabit.

LXXXIII.

Beza in parte altera responsionis suae ad acta Colloquij  
Montisbelgarentis fol. 36. scribit, Musicam instrumentalem Levi-  
tici cultus partem fuisse non minimam, auctore DEO, non homi-  
num placitis institutam: alioqui in omnibus Christianis ecclesijs  
necessario instituendam, si hoc DEI mandatum (ex Psalm. 150.)  
ad eas pertineret. Verum enim vero unde probaturus sit vel  
Beza vel alius pro Beza, Musicam Organicam & Instrumentalem  
esse partem cultus Levitici, rationes in hunc usque diem videre  
non licuit, quin potius easdem adhuc expectamus. Quae de re  
suo loco plura.

LXXXIV.

Atque hactenus brevibus demonstratum est, quid inter sa-  
cificia sua potissimum agere debuerint & egerint pierrissimi Pa-  
triarchae in suis coetibus Ecclesiasticis, quodque sit infini-  
tum discrimen inter culinarias mactationes pecorum,  
& inter sacrificiales pecorum mactationes.

*Dominus noster Jesus Christus hoc confirmet in  
omnium piorum pectoribus, cui est laus  
ab aeterno in aeternum.*

F I N I S.

Handwritten text at the top of the page, appearing as bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in the middle section of the page, appearing as bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in the lower middle section of the page, appearing as bleed-through from the reverse side.

Handwritten text at the bottom of the page, appearing as bleed-through from the reverse side.



94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692




Sb.


VD 17

21,7.99 Bd.









DISPUTATIONUM THEO-  
LOGICARUM  
DE  
**SACRIFICIIS**  
SATISFACTIONIS CHRIS-  
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-  
DI PRÆSTITÆ, TYPIS CERTISSIMIS,  
ET FIRMISSIMIS,

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-  
nem CHRISTI omnem pernegantes*

**TERTIA,**

Quod in actibus sacrificiorum preces ardentissimas  
& Caneica sacra adhibuerint.

**QUÆ**

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in templo Arcis  
d. 1. Februar. Anno clo 10 c xv. in incluta VVitteber-  
gensium Academia habebitur.

**PRÆSIDE**

**VVOLFGANGO FRANZIO S. S.**  
Theologiæ Doctore, & Profess. P.

**RESPONDENTE**

**M. GEORGIO GUTKIO**  
Coloniensi Marchico.

*VVitteberga, Typis Johannis Gormanni.*